

HIERONYMUS.

¹ **AGALLIM.** Hujus meminit *Isaias* in visione contra Moab. Est autem nunc *Agallim* vicus ad australem partem *Areopoleos* distans ab ea milibus octo.

² **AGER FULLONIS,** hoc in *Esaiâ* scriptum est. Ostenditur autem nunc usque locus in suburbanis *Hierusalem*.

³ **AGLIPH,** in tribu *Juda*.

⁴ **AGRI SPECULA,** mons est *Moabitarum*, in quem adduxit *Balach* filius *Sephor* *Balaam* divinum ad maledicendum *Israël* super verticem, qui propter vehementem præruptum vocatur excisus: & imminet mari mortuo haud procul ab *Arnone*.

AHALAB, civitas in tribu *Afer*, à qua habitatores *Chananaeos* *Aferitæ* non expulerunt. *Judic.* 1. v. 31.

⁵ **AHALACH,** mons, quem *Aquila* interpretatur dividentem montem: & *Symmachus* lævem montem, id est limpidum seu lubricum.

AHAVA, 1 *Esd.* VIII. sitne fluvius, an urbs ad fluvium, an utrumque obscurum est: v. 21. & 31. videtur flumen *Ahava* per appositionem poni: at v. 15. dicitur ad fluvium qui decurrit ad *Ahava*, quod urbis nomen indicat. Rursum in *Hebræo* v. 21. & 31. semel fluvius *Ahava* effertur per regimen, semel sine regimine.

⁶ **AHELOTH,** quam extruxit *Azarias*.

⁷ **AHIA,** in *Assyriorum* regione locus.

⁸ **AHIE,** quæ & *Achalgai*, pro hac *Symmachus* interpretatur, in collibus. Est autem è regione quondam *Moab* nunc *Ariopoleos* ad Orientalem plagam.

AHION. Vide **AIAN**.

⁹ **AIALIM,** pro quo *Aquila*

ΕΥΣΕΒΙΟΣ.

Αγαλλείμ. καὶ νῦν ἔστιν *Αἰγαλίμ* κώμη πρὸς νότον *Ἀρεπόλεως*, διεστῶσα σημείοις ἡ.

Ἀγρὸς τοῦ γναφέως, παρὰ *Ἡσαΐα*: καὶ δείκνται ἐτι νῦν ὁ τόπος ἐν προαστείοις *Γέρεσαλίμ*.

Ἀζείκ, φυλῆς *Ἰούδα*.

Ἀγροῦ σκοπία, ὄρος *Μωάβ*, ἐν ᾧ ἠγάγε *Βαλάκ* τὸν *Βαλαάμ* ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ * *λελαξευμένου ὑπερκείμενου* τῆς νεκρᾶς *θαλάσσης* ὃ καὶ εἰς ἐτι νῦν δείκνται οὐ μακρὰν διεστῶς τοῦ *Ἀρνῶνος*.

* *Ἀλαή,* ὄρος, *Ἀκύλας* ὀρίζον τὸ ὄρος λέγει αὐτό.

Ἀιλὼν, ταύτην ἀποδόμησεν *Ἀζαρίας*.

Ἀία, χώρα *Ἀσσυρίων*.

Ἀἴη, ἡ καὶ *Ἀχελυγαί*, * ἐν τοῖς *βουνοῖς*: αὕτη λέγεται εἶναι, κατὰ πρόσωπον *Μωάβ* τῆς *Ἀρεπόλεως* κατὰ ἀνατολάς.

** *Ἀαλίμ,* *Ἀκύλας*, τῶν ἐλαφί-

EUSEBIUS.

AGALLIM. Et nunc est *Agallim* unius ad meridiem *Areopoleos* distans milliaribus octo.

AGER FULLONIS, apud *Isaiam*. Et ostenditur etiam nunc locus in suburbanis *Hierusalem*.

AZIC, tribus *Juda*.

AGRI SPECULA, mons est *Moab*, in quo *Balach* duxit *Balaam* supra verticem (excisi) imminens mari mortuo, qui usque hodie ostenditur non longè distans ab *Arnone*.

ALAE, mons, *Aquila* dividentem montem id ait.

AILON, hanc ædificavit *Azarias*.

AIA, regio *Assyriorum*.

AIE, quæ etiam dicitur *Achelyga*: in collibus. Hæc dicitur esse è regione *Moab*, quæ nunc est *Areopolis*, versus orientem.

AALIM, *Aquila* (vertit) hin-

NOTÆ.

1. Hujus fit mentio *Isaiæ* 15. v. 8. sed in versione nostra *Gallim* vocatur. Est & alia *Gallim* in *Israëlitarum* finibus, cujus fit infra in **GALLIM** mentio. *Areopolis* autem, cujus hic fit mentio, infra etiam meminit *Hieronymus* in **ARIEL**, & in **ARNON**, & in **MOAB**, quam aliam non existimo ab *Ar* oppido *Moab*, quæ passim in Scriptura indicatur fuisse *Moabitarum* metropolis civitasque primaria; idque ipsum in *Arnon* satis perspicue indicat *Hieronymus*. **BONFRERIUS**.

2. Hujus fit mentio *Isaiæ* 7. & 36. item 4 *Reg.* 18. è quibus locis liquet fuisse in suburbano *Hierusalem*. Sunt qui ad meridiem, sunt qui ad orientem montis *Sion* locant: verius est inter orientem & meridiem non procul hortis regis fuisse. **IDEM**.

3. Nulla eo nomine in tribu *Juda*, vel alibi urbs in Scriptura reperitur, ut proinde necesse sit vocem esse corruptam: suspicor scribendum fuisse *Achab*, quo nomine in tribu *Juda* *Jos.* 15. v. 44. urbs nuncupatur. **IDEM**.

4. In *Hebræo* *Num.* 23. v. 14. appellatur *עַבְרָתָא* sede *tsophim*, hoc est, ager speculatorum: *Hieronymus* vertit locum sublimem; in locis enim sublimibus collocari solent speculæ, utpote ex quibus longè latèque prospectus pateat. Quod autem hic additur: super verticem, qui propter vehementem præruptum vocatur excisus, inserta etiam nominis ratione, *Hieronymus* in sua versione dixit: super verticem montis *Phasga*; vox enim illa *Phasga* excisum significat, licet alia etiam ab ipso *Hieronymo* adferri soleat nominis ratio, à dolatis videlicet excisive ad scandendum gradibus, quemadmodum nos ad *Num.* 21. v. 20. notavimus. Pro *Arnoe* apud *Hieronymum* reponendum *Arnon*. **IDEM**.

5. Sitne & hoc montis nomen proprium, *Jos.* 11. v. 17. & *Cap.* 12. v. 7. (ubi variè hoc nomen in diversis *Codicibus* *Septuaginta* expressum reperitur, *Alac*, *Aalac*, *Aloc*, *Aloch*, *Chelca* vel *Chelcha*, quod postremum in *Rom.* *Codicibus* videtur maximè ad vocem *Hebræam* *רְחֵב* *Chalac* vel *רְחֵב* *Cheloc* accedere) meritò dubitari potest, cum cæteri omnes appellativè verterint, uti nos ad *Jos.* 11. diximus, & *Hieronymus* quidem partem montis dixit: alii montem dividentem, vel montem divisionis. Verùm jam non semel diximus ex rerum natura & genio solita sæpe nomina quæ propria locis imponi. **IDEM**.

6. Hæc *Elath*, vel *Ailath* in versione nostra dicitur. In *Codicibus*, quos nunc habemus *Interp.* *Septuaginta*, appellatur *Eloth*, vel *Elath*. In *Hebræo* etiam modò *רְחֵב* *Eloth*, modò *רְחֵב* *Elath*. De hac & nos supra egimus in **ELATH**. **IDEM**.

7. **AHIA**, hic locus in versione nostra, & in emendationibus nunc *Septuaginta* *Interp.* *Codicibus* *Aia* appellatur. 4 *Reg.* 17. v. 24.

8. Hæc voces, si ullæ aliæ in hoc opere, supra modum corruptæ sunt: in *Hebræo* est *Num.* 21. v. 11. *הַיְבֵה בַּבְּבָרִים* *hije bababarim*, quod significat desolationes transituum, seu propter frequentia latrocinia ibi exerceri solita, seu desolationes dicte à magna ibi solitudine, in qua transeuntes neminem reperirent, seu denique desolationes *Abarim*, à quibus hæc solitudo incipiebat. *Noter* *Interpres* duas illas voces tanquam ad nomen proprium pertinentes in unum conjungens in sua versione posuit *Jeabarim*. *Septuaginta* *Interp.* in nonnullis *Codicibus* ut *Cod.* *Regio* etiamnum habent *Aiebarim*: truncatà verò voce factum est *Aie*, vel *Abie*. Altera vox *Achalgai*, vel *Achelgai* etiamnum ibidem legitur in *Romano*, *Aldino*, & *Basilicensi* *Codice*; quod etiam *Græcis* *barbaram* esse vocem satis ipse sonus prodatur, nullam tamen cum *Hebræa* voce affinitatem habet: ut mirum sit unde tanta in vocibus corruptio nasci potuerit. **IDEM**.

9. Nullus locus in versione nostra *Aialim* vocatus reperitur, sed neque occurrit ubi eam vocem *Septuaginta* propriè usurpaverint. Est tamen hæc vox, sicuti illam habent, incorrupta: nam *Aialim* *Hebræis* cervos significat. **IDEM**.

* Pro *barbara* & corrupta voce *λελαξευμένου* in *MS.* *Eusebii*, reposuimus *λελαξευμένου*, qua voce passim utuntur *Septuaginta* *Interp.* ubi in *Hebræo* & nostra versione est *Phasga*; ad quæ loca haud alludit hic *Euseb.* **IDEM**.

* Non *Ἀλαή* sed *Ἀλάκ* existimo legendum. **IDEM**.

10. *Ἐν τοῖς βουνοῖς*] Rectè monet *Martianus*, liquere ex *Hieronymo* omissum hic esse nomen *Σύμμαχος*. **CLERICUS**.

11. *Ἀαλίμ*] Scribendum cum *Hieronymo*, *Αιαλίμ*, ex *Hebræo* *הַיְבֵה בַּבְּבָרִים* *hajebelem*, quæ vox occurrit 1 *Sam.* XXIV. 3. in his verbis: *adsumtis* *tribus virorum electorum, ex omni* *Israële, millibus, iovit ad quærendum* *Davi-*